

Facultas administratoris ecclesie Gebennensis erigendi in Gebennis studium in artibus [1368]. I.

Erectio studii Rostoccensis [1419]. I.

Quod scolares etc. studii Andegavensis non teneantur promoveri ratione parrochialium ecclesiarum ad diaconatus et presbyteratus ordines. I.

Item in eadem quod presbyteri possint audire et legere leges. I.

Quod studentes Pragenses super rebus in civitate et diocesi Pragensi consistentibus non possint trahi extra et quod rector de causis hujusmodi et scolarium molestiis possit cognoscere, excommunicare, absolvere, interdicere et interdictum relaxare. I.

Quod abbas et conventus monasterii Populeti Cisterciensis ordinis, Terraconensis diocesis, qui consueverunt mittere monachos ad studium, ad hoc propter lasciviam eorum non teneantur, sed possint eligere unum magistrum, qui legat in monasterio, et quod lectiones sic audite computentur, ac si audivissent illas Parisius. I.

Conservatoria pro universitate Liptzensi. I.

Reservatio prebendarum perpetuo pro universitate Coloniensi et quod eis respondeatur de fructibus, salvis fabrice et camere apostolice juribus, et quod canonici hujusmodi teneantur legere cum derogatione statutorum de prima residentia et optione. I. Datum Bononie anno 1437, quinto idus junii p. n. a. septimo¹.

Aus der Abtheilung 'Cruciata':

'Cruciata contra Sarrazenos¹) u. s. w. I.

Commissio a generali synodo Constantiensi archiepiscopis Maguntinensi, Treverensi et Coloniensi facta super testibus recipiendis ad effectum canonizationis episcopi Nicolai Brymulphi [ad causam inquirendam missus erat, inter alios eciam Iohannes de Gersona cancellarius ecclesie Parisiensis].

Commissio generalis synodi Constantiensis quod nobiles resistant hereticis. I.

Urbanus VI. excommunicat antipapam Clementem et cardinales nonnullos, socios ejus et electores. Datum Luce VII. idus maji p. n. anno decimo.

Predicatio verbi crucis²). Bonifacii [IX.] nova predicatio crucis propter victoriam Turcorum [1394?]. I.

Eugenii IV. predicatio et assignatio crucis in subsidium Eduardi regis Portugalie. Datum Bononie anno sexto.

Legatus deputatur ad concordandum ad regnum Francie. I. [de dissensionibus inter regem Carolum et principes regni.]

1) Von wem, ist so unmittelbar nicht zu ersehen. 2) Es kommt darin vor 'ille Barsetus princeps Turcorum'; wohl 'Bajacet'.